

§. 4. Ergò non delinquent

Furiosi, nisi tempore intervalli dilucidi.

Ante furorem delinquens, dum furit non potest puniri.

Infantes.

§. 5. *Mitius* delinquent *Melancholici*,

Infantiæ proximi & pubertati, *senes decrepiti*,

Ebrii, (non *ebriosi*.)

§. 6. *Æquè* delinquent, *Prodigi*, *Muti*, *Surdi*, modò de confessione eorum *simus certi*, *Minores*.

§. 7. *Principia Externa* qui *suppeditant*, ipsi quoq; delinquent.

Delinquitur ita etiam

1. *Consilio*, simplici *adhortatione*: *levius* punitur.

persuasione, *instructione*: \square punitur,

levius tamen si alter etiam absq; tali *consilio* fecisset.

2. *Auxilio*

ad ipsam *perpetrationem*

proximo: ordinariè eadem *pœnâ*]

remoto: extraordinariè] punitur.

Post *perpetrationem*

participando, punitur \square .

occultando, punitur *extraordinariè*.

3. *Mandato*

uterque eadè *pœnâ* ordinariâ afficitur.

Si *mandatarius* *fines* excesserit, vide *Carpz.*

Ratihabens non punitur ut *mandans*.

Secus ac in *contractibus*.

4. *Permissu*, cum *posset* & *deberet* *prohibere*.

§. 8. (3) *Divisio*. *Delicta* sunt

1. *ratione* *objecti læsi* vel *privata*, vel *publica*.

2. *ratione* *judicii pœnalis* vel *ordinaria* vel *extraordinaria*.

3. *ratione* *accusatoris*, vel *merè privata* vel *popularia*.

4. *ratione* *correctionis* vel *Civilia*, ad *pecuniariam pœnam*,
vel *Criminalia*, ad *multâ* *fisco inferendâ*,
aut *pœnam corporis afflictivam*.

Si *uterque* *modus* *competit*, uno *electo* alter *perit*.

H h h h 3

Tit. II.